



DE 1788, 18. 988
NECESSITATE AGNATORVM
SIMVLTANEEQVE INVESTITORVM
IN FEVDI OPPIGNORATIONEM
CONSENTIENDI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
P R A E S I D E
IOSIA LVDOVICO ERNESTO
PÜTTMANNŌ

I. V. D

CATHEDRALIS ECCLESIAE NVMBVRGBENSIS CANONICO
PANDECT. PROFESSOR. ORDINAR. ET COLLEG
ICTOR. ASSESSORE

A. D. VII. AVGVSTI MDCCCLXXXVIII

H. L. Q. C

DISPVTABIT

BENIAMINVS TRAVGOTTVS STEINMETIVS

ZITTAVIA-LVSATVS
PHILOSOPHIAE MAGISTER

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAVBARTHIA

NECESSITATE AGNATORUM
SIMULTANEOVUS VITAEVAI
IN REVDI. ORIGINATORUM

CONSULTANDI

ILLUSTRES SIGTORUM ORDINIS AVTORITATE
P. K. A. S. I. D. N. K. S.

IOSIA LVDOVICO ERNESTO
PVTMANNO

CAUSAM HANC HONORABILIS HONORABILIS GONCHIO
LACON - ROSTORUM GONCHIO AT COLLEGI
HONORABILIS

A. P. V. I. A. V. O. V. S. T. C. O. J. U. D. I. C. I. A. S. V. I. D. E. A. T. A. S.

H. L. O. C. O.


DISTV TABIT

BENAMINVS THAVCOTTVS STEINMETZVS
HONORABILIS
HONORABILIS

RUSSIAE

EX VICE REGIS





DE

NECESSITATE AGNATORVM

SIMVLTANEEQVE INVESTITORVM IN FEVDI

OPPIGNORATIONEM CONSENTIENDI.

Erunt fortasse, qui, cum libelli huius titulum legerint, quaerant, itane tu consensum, quem nos nunquam non liberum esse debere existimabamus, etiam necessitati subiicis, eumque interdum vel ab inuito interponendum esse statuis? Estne consensus coactus seu necessarius reapse *συνεχόμενον*, quod facilius dici, quam cogitari et mente percipi potest? Ego vero eos, qui ita sentiunt, rogatos cupio, secum cogitent, me nihil aliud dicere, nisi hoc: Agnatos simultaneeque inuestitos consentire interdum in feudi oppignorationem teneri, nisi consensum suum suppleri a domino directo malint, eaque ratione iis libertatem

A 2

dua-

duabus ex rebus id, quod optimum ipsis videtur, eligendi sal-
yam ac integram esse. Cum nonnunquam vel parentes consen-
sum suum liberorum matrimoniis accommodare necesse habeant,
nisi eundem a iudice ecclesiastico suppleri malint, quidni fieri
possit, ut agnati simultaneeque inuestiti, suum in oppignoratio-
nem feudi consensum interponere iusta sine causa detrectantes,
pro consentientibus habeantur, aut, quod eodem redit, eorum
consensus a domino directo suppleatur? Ut autem de tota hac
quaestione iudicare lectores facilius possint, iuuabit, ni fallor,
antequam rem ipsam aggrediamur, de feudorum oppignoratio-
ne pauca praemittere, et quatenus domini directi, nec non agna-
torum simultaneeque inuestitorum consensus ad eam necessarius
sit, breuiter strictimque ostendere.

Omnem feudi alienationem, proprie sic dictam, qua scilicet
vile rei feudalis dominium in alium transfertur, ab IMPP.
LOTHARIO II. et FRIDERICO I. vasallis adeo interdictam fuisse,
ut, si hanc prohibitionem migrauerint feudumque sine domini
permisso in extraneum transtulerint, alienatio non modo pro
nulla habeatur, sed vasallo etiam feudi iacturam contrahat, sci-
unt omnes, qui ius clientelare institutaque feudalia vel leuiter
attigerunt, verbaque iur. feud. Long. II. F. 52. et 55. tam clare
docent, ut nullum plane dubium relinquant. Huic alienationi
aequiparatur etiam feudi in pignus traditio, ut patet ex loco
postremo, vbi haecce leguntur verba: *Sancimus, ut nulli liceat
feudum totum vel partem aliquam vendere, vel pignorarare, vel quocun-
que modo distrahere seu alienare, vel pro anima iudicare, sine permis-
sione illius domini, ad quem feudum spectare dignoscitur.*

Neque vero hoc mirum videbitur iis, qui haud ignorant,
iure etiam Rom. oppignorationem alienationi subinde aequipa-
rari,

rari, prohibitaque rei cuiusdam alienatione interdictam etiam censi oppignorationem, ut iam monuit BARN. BRISSONIVS de *V. S. sub v. alienatio*. Exempla peti possunt ex titulis *Dig. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. et de fund. dotal.* itemque ex titulis *C. de praed. minor. et de reb. alien. non alienand.* Sed nec maiores nostri oppignorationem inter species alienationis referre dubitarunt, quippe apud quos dominium pignoris temporarium in creditorem haud raro transferebatur, ut iam HEINECCIUS in *Elem. iur. Germ. Lib. II. tit. II.* docuit. Dubia quidem nonnulla contra hanc sententiam mouit C. G. RICCIUS in *Exam. doct. de dom. pign. germ. Goth. 1747.* mouerunt et alii, quorum nomina hic legi nihil attinet. Sed rem, ni fallor, perorarunt I. C. H. DREYER de *usu gen. iur. Angl. Sax. in explicand. iur. Cimbr. et Sax. p. 136.* et TH. G. G. EMMINGHAUS in *Commentar. in ius Susatense antiquiss. p. 114.* quibus nuper etiam adsensit Cel. FISCHER in *d. Gesch. d. Deutschen Handels P. I. p. 293.* Pertinet huc praeter alia plurima exemplum, quod est in *Ill. I. G. MEVSELI Gesch. Forsch. P. II. p. 171.* vbi vetere ex charta 20. 1262. scripta haec referuntur verba:

Rudolphus dictus de Harnheim et de alta domo possessiones, quas in Grozzelungen habet, sub ea forma et conditione, quod abbas de Cesaria et Consanguinei nostri H. de Hahalingen et R. de Kazzenstein easdem possessiones in sua potestate quasi proprias tam diu teneant, et proventus ipsos singulis annis colligi faciant, donec ipsis de pecunia plene fuerit satisfactum.

Novimus etiam, moris olim fuisse, ut feudum oppignorum domino directo a possessore refutaretur, quo scilicet creditori tradi et ab hoc interea, dum ipsi pecunia credita restitueretur, possideri fructusque inde percipi possent. Exemplum

praebet vetus charta a. 1399. cuius haec verba refert P. W. GERCKEN in d. vermisch. Abhandl. P. III. p. 31.

Meinen Mannpflichtigen underdanigen Dienst to allen tyden berede.
 Loue gnedige Here ——— Eck Cord Stapel Borger to Brun-
 swig sende Jäck up twee iuwer Mannen to der Ebdischen und des
 Closters . . . hand 5². Houen Landes to Detten ——— alse
 ick to Lehme gehad hebbe. ——— Unde we Herman von Ve-
 chelde und Cord van Vrseue bekennen, dat wy unsen leuen gnedigen
 Heren dyt Gut verscreuen upbringen ——— alse ein Won-
 heit unde eyn Recht is. Diißes to bekantnisse hebbe wy upgenante
 unse Ingesegel wiitliken hengen laten.

Facit huc etiam charta in I. G. MEVSELI Gesch. Forscher
 P. VII. p. 42. quam, quia longiuscula est, calci huius libelli
 adūcere^{a)} quam hic inferere malui. Plura exempla dedit Ano-
 nymus in Comm. Von der Lehns-Aufgebung in Cel. c. F. ZEPER-
 NICKII Saml. auserlesener Abhandl. a. d. Lehnrechte P. I. p. 254.
 Ceterum similitudinem aliquam inter vetus pignus germ. et pa-
 ctum fiduciae Rom. iam odoratus est WÜRFFELIUS in iurispr. defm.
 p. 252. De pacto fiduciae bin. diss. eleganter exposuit F. C. CON-
 RADI Helmst. 1732. et 1733. et nosmet ipsi ea de re nonnihil ad-
 notauimus in diatr. de feud. fiduciar. p. 13. sq. Sed haec obiter.
 Iam enim redeamus in viam. Quod igitur ad alienationem
 impropiam, qua quis ius tantum in re in feudo consequitur,
 et nominatim hypothecae constitutionem attinet, vasallo qui-
 dem nec ea in re libera omnino competit potestas, ceterum ta-
 men illa feudi iacturam ei haud contrahit. Multum enim a pi-
 gnore, quod creditori traditur, differre hypothecam, quae rem
 sine traditione obstringit, nec dupondii ignorant. Faciunt
 huc

a) Vid. Append. no. I.

huc §. 7. I. de act. l. 9. §. 2. D. de pign. act. et l. 238. §. 2. D. de V. S. qua de re 1. H. BOEHMER in diss. de diuerso pignoris et hypothecae iure yberius exposuit. b)

Neque vero silentio hic praetereundum est, paullo meliorem ea in re vasallorum conditionem fuisse iure germ. antiquo, quippe quo feudi alienatio sine domini consensu facta inualida quidem erat, vasallo tamen feudi amissionem haud conciliabat. Ita scilicet legitur in I. F. A. 32. 6. *Iuris feudalis regula est: investitura absque possessione non est inuestitura. Possessio sine inuestitura non est feudum, et oppignoratio sine consensu domini non valet; et ib. c. 92. Si vasallus feudum, de quo inuestitus est a domino, oppignorat sine consensu eius, et creditor id per annum et diem quiete possidet, ut dominus nec oppignoranti, nec ei, cui oppignoratio facta est, litem moueat, valet oppignoratio, nec conuenire amplius dominus vasallum exinde potest: atque si feudum domino apertum fuerit, tenetur id reluere dominus. Aliud ius est, si dominus ignorasset, rem esse oppignoratam, et Pares adit iuratoque asserit, se nesciuisse, utrum fundus aut sit aut non sit oppignoratus, tunc enim agendi ius adhuc retinet. Sed utique vasallus nihilominus obtinet, si queat tertius contrarium reprobare per duos testes, quod sciuerit dominus oppignorationem. Nec hinc alienum est ius, quod vulgo vocant, Caesareum Lib. III. c. 23. Cuique non ignotum esto, quod feudum nullo modo possit oppignorari eo modo, ut illud in alium transeat; cum fructus quidem possint cedere creditoribus, quousque debitor feudum possidet. Imperator enim concedere oppignorationes eam ob causam recusauit, ne feudum oppignoratum de manu in manum transfret, et forte*

b) Plerumque res quidem mobiles pignori dantur, in rebus autem immobilibus hypotheca constituitur. Possentamen iure Rom. et res mobiles et im-

mobiles pignori aequae ac hypothecae obligari; ostendit ANT. SCHVLTING in *Tbes. controu.* p. 384.


forte legitimis heredibus subtraheretur, et ideo in iure imperii legitur; Bona imperii non queunt oppignorari, ne imperio forte pereat proprietas. Enimvero ratione feudorum priuatorum, teste experientia, hac parte ius fere praeualuit Longobardicum, nisi quod quibusdam locis veterum morum Germ. vestigia adhuc supersint, quo praecipue pertinet *Transact. Magapolit. publ.* (der Mecklenburg. Landesgrundgeselliche Erbvergleich) cuius iterata auctaque editio *Suerini 1776.* prodit. Quantum autem ad feuda Imperiorum (certe regalium) alienatio et oppignoratio absque consensu Imperatoris facta vasallo quidem feudi iacturam haud contrahit, ceterum tamen in detrimentum Imp. haud valet, sed, si quando feudum Imp. neglecto Imperatoris consensu alienatum aut oppignoratum aperitur, effectu caret, ideoque, vt alienatio et oppignoratio plenissimum producat effectum, vtique Imperatoris aequae ac illorum, quorum commodum atque incommodum ea in re versatur, consensu opus est. De singulari Electorum privilegio, itemque de alienatione et oppignoracione particularum feudor. Imp. alibi (*Elem. I. F. §. 187. et 504.*) diximus.

Sed vt iam propius ad quaestionem propositam accedamus, nosse oportet, hodie quidem vasallos feuda sua sine domini directi consensu oppignorantes, nisi alia accedat causa, eorum iacturam haud facere, ad pignus validum in feudo constituendum autem ex praescripto regulae cum domini directi, tum successorum feudal. (s. agnatorum, s. simultanee inuestitorum) consensu opus esse. Apud nos certe Curia feudalis consensum haud interponit, nisi aut omnes simultanee inuestiti consenserint, aut creditor, se eorum consensum haud desiderare, professus fuerit. En verb. *Mand. Sax. d. d. 30. April. 1764. Tit. VI. §. 1.*

Ob Wir wohl der Lehn: Curie die Consens: Ertheilung in die Verpfändung derer Lehn: Güther, welche nicht auf den Fall stehen, bis zur Helfte, und derer Erb: und Allodial: Güther bis auf zwei Drittel deren Werths, wie solcher in beiden Fällen nach dem letztern Kaufbriefe, Ertheilung und andern Urkunden, oder in deren gänzlichen Ermangelung bei der üngsten Beleihung angegeben worden, gestatten; So wird doch bei Lehn: Güthern iederzeit vorher erfordert, daß die sämtlichen Mitbelehnten ihre Einwilligung, wenn sie solche nicht bereits überhaupt vermittelt eines ausgestellten Rezessus ertheilet, in die Aufnahme des Capitals geben, oder der Creditor, daß er solche derer Mitbelehnten Einwilligung nicht verlange, sich ausdrücklich erkläre.

Fac autem, vasallum neglecto domini directi successorumque feudal. consensu alicui hypothecam in feudo suo constituisse, ecquis huius pacti effectus erit? Verus est regula, eaque non modo in l. 27. §. 4. D. de pact. et l. 24. C. eod. sed in cap. etiam §. X. de transact. perscripta, pacta quidem paciscentes, nequaquam autem alios, qui eorum participes haud facti sunt, obligare. Haud minus notum est, quod in l. 74. D. de R. I. legitur: *Non debet alteri per alterum iniqua inferri conditio.* Quibus consequens est, ut pignus a solo vasallo in feudo constitutum eatenus quidem efficax sit, ut cum ipse, tum eius descendentes debitum ex feudi fructibus soluere teneantur, dominus autem directus, aequae ac successores feudales (praeter liberos) pignore isto haudquaquam obligentur.

Quodsi porro solus dominus in feudi oppignorationem consensit, agnati aut simultanee inuestiti non aequae, tunc ille quidem feudo aperto actione tenetur hypothecaria, his autem



hypotheca absque eorum consensu constituta nullum inferre poterit incommodum.

Et quid denique obtinebit, si neglecto domini consensu agnati simultaneeque inuestiti soli consenserint? Sunt, qui tunc nihil plane actum, horumque consensum nullius esse momenti opinentur. Melius autem alii, agnatos simultaneeque inuectitos, suum ob consensum, debitum ex feudi saltem fructibus soluere teneri, existimant, horumque sententiam confirmavit *Dec. Elect. Sax. 67.* vbi sancitum,

daß der Lehns-Folger wegen seines Consensus, wann er sich gleich ausdrücklich in demselben zur Zahlung nicht verpflichtet, noch im Consens diese sonst gewöhnlichen Worte, daß er den Gläubiger an der Zahlung nicht hindern, noch sich des Lehens, ehe und zuvor er an Capital und Interesse befriediget, anmaßen wolle, gebrauchet, auch des Lehens-Herrn Consens darüber nicht erhoben, dennoch zu Erhaltung Treue und Glaubens solche Schuld von den Nütungen des an den Lehens-Folger verfallenen Lehens zu bezahlen gehalten, hergegen aber auf die Alienation des Lehens zu klagen und zu dringen der Gläubiger anderergestalt nicht, als wann der Lehens-Herr auch zugleich in die Schuld oder Alienation gewilliget, befugt seyn solle.

Ceterum hoc inter ius commune atque Sax. Elect. interest, quod illo dominus aequae ac successores feudales, ad quos feudum oppignorum peruenit, non nisi debitore principali eiusque heredibus excussis conueniri possint, iisdemque, si debito soluto feudum liberauerint, solutum a debitore eiusque heredibus repetere integrum sit; hoc autem successores feudales simpliciter

teneant

reaneantur, idque vi *Const. 46. P. II. cuius*, quae huc pertinent,
verba ita se habent:

Wenn aber mit ihrer Bewilligung solche Schuld gemacht und
auf die Lehen verschrieben, oder da die Schuld wegen Aus-
steuerung der Töchter oder Schwestern, oder zu Ablegung der
Leib-Gedinge aufgenommen, oder es wären dieselben Schul-
den in nützliche Besserung des Lehn-Guths gewendet, in sol-
chen und dergleichen Fällen sollen solche Schulden durch die
Lehens-Folger aus dem Lehen vergnügt und die Land-Erben
damit verschonet werden.

Ratio discriminis in eo posita est, quod iure communi rei
oppignoratae possessor in hypotheca tam generali, quam specia-
li, beneficio ordinis gaudet, c) iure autem nostro tertius hypo-
thecae specialis possessor eodem beneficio haud fruitur, vti ex
Decis. VII. an. 1746. perspicuum est.

Nec desunt tamen species, in quibus agnatorum et simul-
taneae inuestitorum consensus ad feudi oppignorationem haud
necessarius est. Et illorum quidem consensus tuto negligitur
in feudo nouo, aequae ac mere hereditario et alienabili; horum
contra consensu in feudo quidem nouo opus est, in hereditario
autem et alienabili nequaquam.

Cur, quaeso, tam varie? Cedo, inquis, causam. Sci-
licet in feudo nouo nulla est agnatorum successio, vt iam alibi
(in *Elem. iur. feud. §. 298.*) monuimus, nisi scilicet feudum no-
uum

B 2

c) Qua de re praeter scriptores in possessori competente, *Gieß. 1771.* et
Elem. nostr. iur. feud. §. 522. laudatos I. I. SCHLÜTER de beneficio excuss.
exposuerunt I. C. KOCH in *diff. de possessor. hypoth. general. et special. com-
petente*, Goett. 1775.

vum iure antiqui concessum, aut agnatis per legem inuestiturae aliaue ratione consultum fuerit; simultanea autem inuestitura iis, quibus concessa est, vna cum condominio hoc praestat, vt, vasallo sine descendentibus masculis mortuo, ipsi in feudo succedant; vnde consequens est, vt vasallus, nisi litteris reuerfalibus sibi consuluerit, nihil, quo simultanee inuestitorum conditio deterior fiat, suscipere ideoque feudum nec alienare, nec hypothecca onerare possit.

In feudis mere hereditariis successio hereditaria, sicuti in rebus allodialibus, obtinet, quique in huiusmodi feudo succedit, hereditatem etiam defuncti allodiale adire tenetur; indeque sequitur, vt agnatus aequae ac simultanee inuestitus in eiusmodi feudo succedens hypotheccam a defuncto possessore constitutam agnoscere debitumque soluere debeat. Idem ratio iuris postulat in feudis ex pacto primi acquirentis alienabilibus, vt-pote quorum natura ita comparata est, vt quilibet iustus eorum possessor libertate ea suo arbitrato alienandi et oppignorandi gaudeat, iusque in eiusmodi feudis succedendi non nisi hac condicione ad posteros transeat. I. G. BAVER quidem in *dist. de hypothecca feudal. absque consensu agnator. et sim. inuestitor. subsistente, §. 35.* contendit, oppignorationem feudi vi pacti alienabilis sine consensu simultanee inuestitorum factam his ipsis nihil nocere. Idem vero in progr. *In quibus causis pignus vel hypothecca tacite contrahitur in feudo iure Sax. Electorali?* se ipse quodammodo corrigens ait, ius inuestiturae simultanee feudi naturam participare, ideoque ad alienationem feudi alienabilis consensu sim. inuestiti non opus esse; quod etiam postea repetiit in progr. *de communi Sax. manu in feudo hereditario et alienabili,* ^{d)} simul.

d) Omnia haec BAVERI scripta legantur in eius *Opusculis Lips. 1787. edit. Tom. II.*

simulque aduersariorum argumenta tam feliciter diluit, vt frustra sint omnes, qui contrarium statuunt. Cum inuestitura simultanea, quod nemo negat, naturam feudi, in quo acquiritur, sequatur, simul. inuestitus hanc conditionem omnino agnoscere tenetur, neque plus iuris, quam eiusmodi feudi incholes permittit, sibi arrogare potest; quibus consequens est, vt idem nec alienationem, nec oppignorationem feudi alienabilis ^{c)} impugnare possit, sed necessitate easdem agnoscendi obstrictus sit.

Sed noua hic incidit quaestio, vtrum scilicet etiam expectatiuariorum consensu ad feudum oppignorandum opus sit? quam quidem ab omnibus, quos consului, negari animaduerti. Et quod quidem ad expectatiuam simplicem, ex qua expectatiuario non nisi ius ad rem nascitur, atinet, negantibus lubenter subscribo. Quantum autem ad expectatiuam qualificatam, i. e. inuestitura abusua s. euentuali munitam, eandemque vasallo consentiente impetratam, animus meus in aientem fere inclinatus sententiam. Vulgo quidem aiunt, abusive inuestitum feudi oppignorationem, suo sine consensu factam, ideo impugnare haud posse, quod existente demum aperturae casu ius purum atque perfectum in feudo consequatur, tempore contra constitutae hypothecae eo nondum gaudeat. Quodsi autem expectatiua, inuestitura abusua munita, vasalloque consentiente impetrata, nec ad aliam conditionem, ac feudi aperturam, adstricta, inuestiturae simultaneae, ius praesens ac purum in feudo producentis,

B 3

tis,

c) Facultas feudum omni modo alienandi ius etiam oppignorandi comprehendit, ius vendendi autem ad pignoris causam non extendendum. Ceterum potestas feudum alienandi strictae

interpretationis, nec ultra limites aut lege, aut consuetudine, aut pacto praescriptis extendenda est. Vid. G. D. MENCKEN. *diff. de illicita feudi alienabilis alienatione*, Vir. 1717.

tis, naturam induit, (vid. I. G. BAVERI diff. de form. ac defn. comm. Sax. man. §. 11. et 25.) praetereaue dominus directus nec expectatiuam iusta sine causa reuocare, nec quidquam, quo expectatiuarii ius interuertatur, tentare potest, sequi omnino videtur, vt huius conditio nec oppignoratione feudi deterior reddi, nec ius in feudo ipsi competens imminui queat. Facit huc, ni fallor, textus II. F. 26. §. 14. Si, facta de feudo inuestitura, poeniteat dominum, antequam possessionem transferat, an praestando interesse vasallo liberetur? quaesitum fuit. Respondum est, praetermissa illa condemnatione dominum possessionem feudi, de quo inuestituram fecit, tradere compellendum. Facile quidem intelligo, me hancce sententiam iis haud facile probaturum esse, qui expectatiuam, etsi inuestitura euentuali munitam, ne dominum quidem, quo minus feudi possessori huius alienationem permittat, feudumue in alodium mutet, impedire contendunt. Sed iam alibi (*Elem. iur. feud. §. 277.*) professus sum, me ita sentientibus nequaquam subscribere, sed iis potius, qui iustis de causis contrarium statuunt, adtipulari. Et quod sigillatim ad feuda Imp. attinet, nescio, annon argumentum pro hac sententia peti quadantenus possit ex *Capital. Caesar. XI. §. 12.* vbi legitur:

Doch Uns von wegen Unserer Erblanden, und sonstn maniglich an seinen Rechten und Freiheiten, auch den von Unseren Vorfahren am Reich den Ständen propter bene merita erteilt und den damahligen Reichs-Constitutionibus gemäßen Anwartungen auf künfftig sich erledigende Reichslehen an ihrer Kraft und Bindlichkeit ohnschädlich.

Inuenio etiam apud I. I. MOSERVM in dem Reichs-Staats-Handbuche auf die Jahre 1769. — 1775. P. III. p. 123. exemplum recens, ex quo patet, a Consilio Imp. Anlico nec expectati-

statuatariorum consensum, quando res in eorum incommodum aut detrimentum vergere queat, omnino negligi. En ipsa, quae huc pertinent, verba:

In Sachen Weingarten und Montfort (puncto confirmationis eines getroffenen Vergleichs) erstattete der Reichs-Hofrath den 17. Aug. 1770. an Kayserliche Maiesät ein Gutachten. Den 12. Nov. 1771. wurde die Kayserliche Resolution publicirt, des Inhalts: Nachdem Ihre Mai. der Kayserin — Königin anwartschaftliche Einwilligung bescheinigt beigebracht worden; Als könne nunmehr mit Ausfertigung des bewilligten Kayserlichen Consenses und Confirmation vorgegangen werden.

Sed haec obiter. Jam enim ad agnatos et sim. inuestitos, de quorum consensu in feudi oppignorationem dicere institui-mus, redeamus.

Saepe quaesitum memini, vtrum necesse sit, vt consensus iste verbis interponatur disertis, an idem ex factis etiam colligi queat. Et mihi quidem nullum est dubium, quin facta etiam sufficiant, modo ita comparata sint, vt inde consensus tuto colligi possit. Ita e. g. si agnatus aut sim. inuestitus instrumentum, quo feudum creditori a debitore oppignoratur, subscripserit, hand dubito, quin in oppignorationem feudi consensisse videatur, nisi, se ea in re testis tantum personam sustinuisse, addiderit. Nae, iustum et aequum hoc esse, facile persuaderi sibi patietur, qui legerit, quod MARCIANVS ait in l. 8. §. 15. D. quib. mod. pign. Non videtur consensisse creditor, si sciens eo debitor rem vendiderit, cum ideo passus est venire, quod sciebat, ubique pignus sibi durare: sed si subscripserit forte in tabulis emptionis, consensisse videtur, itemque MODESTINVS in l. 26. §. 1. D. de pignor.
Pater

Pater Seio emancipato filio facile persuasit, ut, quia mutuum quantitatem acciperet a Septicio creditore, chirographum perscriberet sua manu filius eius, quod ipse impeditus esset scribere, sub commemoratione domus ad filium pertinentis pignori dandae. Quaerebatur, an Seius inter cetera bona etiam hanc domum iure optimo possidere possit, cum patris se hereditate abstinuerit, nec metui ex hoc solo, quod mandante patre manu sua perscripsit instrumentum chirographi, cum neque consensum suum accommodauerat patri, aut signo suo, aut alia scriptura. Modestinus respondit, cum sua manu pignori domum suam futuram Seius scripserat, consensum ei obligationi dedisse, manifestum est.¹⁾ Quid, quod solum praesentis silentium sufficere autumat I. G. DE HACKEMANN in Comm. de agnatis contractui alienat. vel oppignorat. praesentibus, in Ill. C. F. ZEPERNICKII *Analekt. I. E. Tom. I. p. 393.* Nec desunt alii, qui eandem foueant sententiam, eique colorem ex l. 2. §. ult. D. sol. matr. et l. 2. pr. D. ad municip. conciliare studeant. Contrarium tamen fortiter propugnat H. BROKESIVS in diss. de silentio consensum non inferente.²⁾ Quaeris, quid mihi videatur? Equidem hac de re in utramque partem disputari posse existimo. Veniebat mihi etiam in mentem, diuidere sententiam, et adfirmantibus tunc demum adsentiri, cum quis praefens consensumque rogatus nihil contradixerit, sed pertinaciter potius tacuerit. Etenim bona fide haud agere, nec dolo carere mihi videbatur, qui consensum rogatus tacet, et postea demum, saluo iure suo se tacuisse, praetexit. Sed mox intelligebam, hanc ipsam in tacendo perseverantiam et quasi pertinaciam iam pro dissensu, quam pro

1) Conf. GVL. FORNERII *Ancimon. pignori. c. 43.* in F. C. CONRADII *Parergis Lib. II. no. 4.* nec non *Beiträge zur Juristischen Litteratur in den Preuss. Staaten P. II. p. 120.* itemque I. N. MOECKERT et F. G. DE KETTELHOFF diss. de agnatis in sua civita obligato. Gact. 1787.
2) Quae legitur in BROKESII *S. I. Obs. for. nr. 61 p. 33.*

consensu accipi posse. Donec igitur fortiora pro aiente sententia proferantur argumenta, equidem negantibus, quam aientibus, subscribere malim.

Cum autem sim. inuestiti plerumque non nisi aegre in feudi oppignorationem consentiant, nemoque regulariter cogi ad consentiendum possit, optimum sane factum est, si vassallus, antequam domino sim. inuestiendos offerat, litteris, quas vocant, reuersalibus sibi prospiciat curetque, vt hi consensum suum in futuram feudi oppignorationem repraesentent, quo rite facti eiusdem repetitione deinde, cum vassallus mutuum sumit feudumque in securitatem creditoris pignori opponit, non opus est; quod quidem non modo sanae congruit rationi, sed in *Mand. etiam Sax.* supra allegat. verbis disertis:

„wenn sie solche nicht bereits überhaupt vermittelt eines aus-
gestellten Reversus ertheilet,“

fancitum est. Agnati autem, vt quilibet sua sponte facile intelligit, ita constringi iure haud possunt. Quodsi tamen consensum suum in tempus futurum conceptum interposuerint, illum etiam ad pecuniam iam ante eadem ex causa mutuum sumtam trahendum esse, contendit *E. E. a PVEENDORF Obs. iur. vniu. Tom. III. no. 141.* a cuius sententia quare recedam, nihil omnino causae video.

Sed tempus est, vt ipsam tandem quaestionem, quam disceptandam proposuimus, principem aggrediamur. Et principio quidem lubenter concedimus, ex praescripto regulae neminem, ideoque nec agnatos simultaneeque inuestitos, ad consensum suum interponendum cogi et adigi posse. Haec sit regula nostra, a qua temere iustaque sine causa recedere nefas esto. Quotiescunque igitur de agnatorum simultaneeque inuestitorum

C

in

in feudi oppignorationem consentiendi necessitate quaeritur, tories iusta aliqua eius causa adsit necesse est. Haec causa vel ex pacto oritur, vel ex lege (quo iuris etiam pertinet analogia,) aut more. Ac ex pacto quidem agnati simultaneeque inuestiti consentire in feudi oppignorationem tenentur, quando literis reuerfalibus aut alia ratione ad consensum suum interponendum se obligarunt, qua de re eo minus dubitari potest, quod ipse etiam dominus directus ex pacto de consensu suo feudi oppignorationi accommodando tenetur. Exemplum legere est in Ill. I. ST. PÜTTERI *Wuserlesenen Rechtsfällen Tom. I. Part. III. p. 731.* itemque in I. C. F. BREYERI *disl. de potestate Augustissimi supplementaria, utpote parte potestatis iudicialis necessaria, Tub. 1772.* Cum scilicet Princeps aliquis Imp. vasallis suis consensum in feudorum oppignorationem in Receptu, quem vocant, provinciali promissum denegaret, eidem ao. 1767. per Conclusum, ut illum impertiat et, hoc reapse factum esse, intra duos menses doceat, iniunctum, concessaque dilatione idem postea iustum repetitum fuit, hac addita clausula:

Dasß im widrigen von Ihro kayserslichen Maiesät der a parte impetrante begehrt Landes- und Lehenherrliche Consens auf diesfallsiges impetrantisches weiteres Anrufen in contumaciam supplirt werden solle.

Haud magis dubitari potest, quin agnati simultaneeque inuestiti ad consensum suum impertiendum obligentur, quando aut lex iis hanc necessitatem verbis disertis imponit, aut mos si consuetudo curiae ita fert, ut certis casibus consentire teaneantur.

Quid autem, si iidem nec pacto, nec lege aut more ad consentiendum obstricti sint? Potestne tunc dominus directus
nihil-

nihilominus iis imperare, ut consensum suum impertiant, nisi malint, eundem a se (domino scilicet directo, curiaue clientelari) suppleri? I. G. BAYER in *all. diff. §. 39.* hoc tunc demum concedit, cum agnatis aut sim. inuestitis suo ex consensu nullum plane subnasci possit damnum, e. g. si vasallus de feudo rursus liberando caueat, nullaque dissentendi ratio adsit; caeteroquin idem simpliciter negat. Quando, inquit, *agnatis vel sim. inuestitis ex consensu praedictum adferri potest, illos nunquam ad consentiendum cogi posse autumo, etsi iustissima causa praetendatur, ob quam oppignoratio fieri debeat.* Aliud autem sedet I. L. FLEISCHERO *Inst. I. F. cap. 18. §. 19.* ita scribenti: Porro notandum, quod *agnati ad consentiendum non possint cogi; si tamen vasallus ex iusta et necessaria causa, v. g. ad onera ipsius feudi ferenda, vel illius liberandi causa, vel incendio fortuito ad incitas redactus aes alienum contrahere atque in eius securitatem creditori feudum oppignorare debeat, agnati ad consentiendum in tale pignus obligari possunt.* Idem sentiunt L. A. SCHOPPIUS in *Thef. feud. pract. p. 403.* et H. C. de SENCKENBERG in *prim. lin. iur. feud. §. 282.*

Ecquid autem in hoc sententiarum diuortio aequius melius existimabimus? Quenam sententia ita comparata est, ut tuto ea insistere liceat? Equidem, etsi I. G. BAYERI iudicio plurimum tribuo, eiusque placitis plerisque lubenter assentior, hic tamen non possum non in FLEISCHERI quodammodo transire sententiam, partesque vasalli, s. feudi possessoris, contra agnatos simultaneaeque inuestitos (certis tamen sub cautionibus) tueri.

Dico igitur, agnatos et sim. inuestitos, quoties aut necessitas urget, aut alia iusta subest causa, de qua dominus directus curiaque feudalis merito arbitrantur, in feudi oppignoracionem consentire teneri, iisque in dissensu pertinaciter perseverantibus



illorum consensum a domino directo suppleri iure posse. Rationes si quaeris, accipe sequentes.

Primo scilicet nihil magis secundum naturam est, quam incommoda cuiusque rei eum sequi, quem eiusdem sequuntur commoda.^{h)} Iam cum agnati simultaneeque inuestiti certissimam alant spem, fore ut feudum, vasallo eiusque descendenti- bus mortuis, ad ipsos perueniat, iustum sane et aequum est, ut omnia faciant, quae ad feudum conseruandum et ornandum quacunque ratione conferre aliquid possint.

Deinde verus verumque dictum est, eum, qui finem aliquem propositum habet, rationes etiam ad hunc finem ducentes aequi bonique consulere debere. Cum igitur agnati simultaneeque inuestiti nihil magis optare videantur, quam ut feudum aliquando factum rectumque ad ipsos perueniat, qua quaeso fronte eius possessori suum in oppignorationem consensum, quos aut necessitas, aut vera utilitas subest, denegabunt?

Nec fortasse plane hic alienum est, quod in *l. 72. D. de R. I.* legitur: *Fructus rei est, vel pignori dare licere.* Haud quidem me fugit, penes vasallum non plenum, sed vile tantum feudi dominium esse, nec eum super feudo statuere pro arbitrio posse. Idem tamen scio, eius esse, omnes feudi fructus, tam ordinarios, quam extraordinarios, suos facere, operamque dare, ut feudum, quantum eius fieri possit, saluum atque integrum conseruetur, aut damnum, quod forte accidit, sarciat. Quodsi igitur ad hunc finem obtinendum pecunia opus habeat, huiusque

h) Aequum hoc esse, iam monuit TERENTIUS in *llec. V. 3.* *Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda aequum est ferre.* Nec alia ratione nititur, quod PAVLVS ait in *l. 10. D. de R. I.* *Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.*

que sine feudi oppignoratione particeps fieri nequeat, nonne iustum et aequum est, agnatos simultaneeque inuestitos in id, sine quo vasallus boni patrisfamilias partes agere nequit, consentire?

Notum porro est, successores feudales heredibus allodialibus pretium meliorationis restituere debere. *Si vasallus* (ita legitur II. F. 28. §. 2.) *in feudo aliquod aedificium fecerit, vel ipsum sua pecunia meliorauerit, et contigerit postea, ut vasallus sine filio masculino decedat, dominus aut patiatur aedificium auferri, aut soluat pretium meliorationis.* Iam quaero, si agnati simultaneeque inuestiti, vasallo eiusque descendentibus mortuis, heredibus allodialibus etiam impensas in feudi meliorationem factas refarcire obligantur, quidni iidem in feudi oppignorationem, mutui in eius vtilitatem sumendi causa, consentire teneantur?

Quodsi tandem dominus directus curiaque feudalis post causae cognitionem in feudi oppignorationem consentire haud dubitant, utque agnati et sim. inuestiti idem faciant, iustum et aequum existimant, nonne hi consensum suum nihilominus pertinaciter denegantes notam inuidiae contrahunt atque malitiae, cui indulgere nefas est, l. 38. D. de R. V. Et qui quaeso agnati simultaneeque inuestiti melioris sint conditionis, quam ipse dominus directus, qui itidem feudi aperti et ad sese reuerfi onus legitime constitutum agnoscere tenetur?

Sufficient, spero, haec ad probandum id, quod volumus, sententiam scilicet, in qua defendenda versamur, non modo aequitati naturali, sed iuris etiam analogiae omnino consentaneam esse. Neque adeo mirum, dominos directos passim potestatem, consensum ab agnatis simultaneeque inuestitis iniuria

ria denegatum supplendi, discretis verbis sibi reservare. Ita e. g. in *Append. Resolut. Grau. d. a. 1661. Tom. I. Cod. Aug. p. 287.* verba haec maxime memorabilia leguntur:

Es soll aber keine Gunst in atwäterlichen Lehen ohne Bewilligung des nächsten Mitbelehnten gegeben werden, Wir hätten dann sonderbare Ursachen, ein anders zu befehlen, welches Wir uns dann zu ieder Zeit, wie bishero geschehen, vorbehalten haben wollen.

Aliud exemplum ex *Ord. Pol. Magd.* notavit L. A. SCHOPPIVS in *Thef. feud. pract. p. 403.*

Supereſt, potiores casus, in quibus haec, qua de quaeritur, consentiendi necessitas reapse contingit, proferamus. Sunt autem, ni fallimur, fere sequentes:

I. quando feudo vi hostili, incendio, terrae motu, inundatione, aut alia vi maiore, cui resisti non potest, ingens damnum aut detrimentum illatum est, vasallusque hoc ex feudi fructibus resarcire nequit, sed mutuum eum in finem sumere necesse habet. Quis quaeso dubitabit, quin agnati simultaneeque inuestiti tunc in feudi oppignorationem consentire teneantur? Vergit enim hoc reapse in feudi, cuius aliquando obtinendi spem alunt, utilitatem, satiusque est, damnum hac ratione illico restitui, quam eius reparationem interposita mora aut difficiliorem, aut plane impossibilem fieri. Ceterum tamen haud negamus, si quando dubitetur, an vasallus pecuniam mutuam sumtam reapse in feudi utilitatem versurus sit, posse eo nomine cautionem ab illo exigi, aut, quo illud fiat, a domino directo prouideri.

II. quando debitum feudale, non a vasallo, sed a maioribus contractum, urgente creditore soluendum est, et a vasallo aliter,

aliter, ac versura (i. e. nouo aere alieno contracto) dissolui haud potest. Nonne tunc agnati simultaneeque inuestiti suum in feudi oppignorationem consensum impertiri tenebuntur? praesertim cum sic feudo nouum haud imponatur onus, sed versura facta creditor tantum mutetur. Iam alibi (in *Elem. iur. feud. §. 520. et 523. no. b.*) monuimus, debito feudali a vasallo versura soluto nouum aes alienum iudem debitum fieri feudale; et si meliorationibus feudi, heredibus vasalli allodialibus a successore feudali refarciendis, accensentur etiam impensae, quibus feudum ab onere quodam reali, non ab ipso vasallo, sed a successoris maioribus feudo imposto (e. g. aere alieno necessario) liberatum est, (*Elem. iur. feud. §. 374. ibique citat.*) eo minus agnati simultaneeque inuestiti consensum suum in versuram faciendam denegare poterunt.

III. ob dotalitium, vasalli vxori constituendum, quatenus scilicet summam aut lege, aut consuetudine, aut pactis familiarum definitam haud excedit; idque propterea, quod vasallus, tanquam bonus paterfamilias, dotem in feudi utilitatem vertere praesumitur, et dotalitium dotem absorbet, ideoque, ut vxori eo nomine satis prospiciatur, aequissimum est. Sed ais fortasse: Quid vxori hypotheca opus est, cum dotalitium, summam legitimam haud excedens, dote illata et in feudi utilitatem versa, iamiam in debitis feudalibus, a quolibet successore feudali soluendis, numeretur? Verumenimvero inter debita feudalia simplicia atque ea, quae hypotheca munita sunt, hoc maxime interest, quod illa tantummodo ex feudi fructibus soluantur, propter haec autem ipsa feudi substantia teneatur, ideoque feudi etiam subhaftatio locum inueniat. Conf. I. G. BAVERI *all. diss. §. 31.* Taceo iam, quando dotalitii nomine hypotheca constituta fuit, vasallo mortuo eius viduam probatione dotis illa-

illatae releuari, itaque hac etiam ratione per hypothecae constitutionem vxoris conditionem meliorem reddi.¹⁾

IV. Nonnulli quidem contendunt, agnatos simultaneeque inuestitos ob quaelibet debita feudalia in feudi oppignorationem consentire debere. Ita e. g. C. G. WABST in d. historischen Nachricht v. d. Kurfürstenth. Sachsen Verfassung p. 77. scribit:

Es sind aber die Mitbesizhnten in die debita feudalia ihren Consens zu geben schuldig, oder sie werden cum causae cognitione, insonderheit, wenn die proximiores sich accommodiret, pro consensientibus declariret.

Quemadmodum autem affirmare non ausim, hoc omnino recte se habere, et apud nos generatim obseruari, ita etiam, si haec quaestio ex iure communi decidenda esset, dubitarem, an hoc vniuersè verum sit. Cum enim, vt supra diximus, constituta hypotheca causa successoris feudalis durior fiat, neminique per alterum iniqua inferri debeat conditio, haud intelligo, quare agnati aut sim. inuestiti ob quaelibet debita feudalia in feudi oppignorationem consentire teneantur. Res omnis potius inde pendere mihi videtur, an aliter, ac per hypothecae constitutionem, feudi possessori consuli damnumque a feudo auerti aut resciriri nequeat, de quo nemo, nisi dominus directus cum paribus, aut hodie curia feudalis arbitrari et iudicare potest.

G. A.

1) Ceterum consensum domini directi et agnatorum in alienationem et oppignorationem feudi omnimodum continere etiam consensum in constitutionem dotaliu, ita vt eorum, qui con-

senferunt, liberi quoque dotalium adgnosceret teneantur, ostendit I. V. de CRAMER in d. B. R. St. P. 43. n. 3.

do. G. A. SCHVBERG in *diff. de consensu agnator. et sim. inuestitor. temporar. in hypothecam feudi cap. 1. §. 5.* hac de re ita scribit: *Vasallus si ex iusta et necessaria causa, e. g. incendio fortuito ad incitatus redactus, aut ad onera ipsius feudi ferenda, vel illius liberandi causa, aeg alienum contrahere, et in eius securitatem creditori feudum suum iure hypothecario tradere velit, agnatus ad consentiendum in tale pignus erit obligatus, alias dominus directus, summaria rationum vrgentium cognitione praevia, contumacibus et iniuste dissentientibus agnatis, pro causae meritis, absque cunctatione consensum iniungere poterit sub comminatione interponendi officii sui. Quam praxin quoque in Curia Electorali Saxonica ao. 1603. in causa Comitissae Salmensis contra consensum detrahentes simultanee inuestitos observatum fuisse electorale rescriptum demonstrat. ^{k)}* Quod ad onera attinet, mihi quidem inter ordinaria et extraordinaria distinguendum videtur. Illa ex feudi fructibus soluenda sunt, ideoque vasallo feudum eo nomine hypotheca onerare haud licet. Haec autem quando fructus feudi excedunt, et vasallus ad ea exsoluenda mutuum sumere cogitur, nec fidem aliter, ac hypotheca in feudo constituta, inuenire potest, tunc sane agnati simultaneeque inuestiti consensum denegare nequeunt. De liberatione feudi ab aere alieno veteri, ope versurae faciendae, supra iam monuimus.

Ad Lusatiam sup. quod attinet, conferri meretur I. C. G. BYDAEI *Comm. de origine et natura feudor. Lusaticor.* in III. A. F. SCHOTTI *J. B. B. P. I. no. 1.* nec non B. G. WEINARTI *Lehnrecht d. Markgräfth. Oberlausitz P. I. p. 151. et P. II. p. 262.*

Cete-

k) Hoc exemplum e seculo XVII. refert L. A. SCHOPPIUS in *Thes. feud. pract. p. 405.* cumque eo praxis Saxonica illorum temporum egregie illustratur, integras, vi apud SCHOPPIUM leguntur, litteras calci huius libelli subicere operae pretium duximus. Vid. *Append. no. II.*

D

Ceterum haec quaestio haud raro etiam in feudis Imp. obvenit, et testatur I. V. de CRAMER in *Syst. Proc. Imp.* §. 2386. agnatorum consensum in feudi alienationem ab Imp. interdum suppleri. ^{l)} Nec abs re erit, hic subicere, quod de simili specie refert I. I. MOSER in *d. Reichs-Staats-Handbuche* auf d. Jahre 1769 — 1775. P. I. p. 113.

In Sachen von Montfort regierender Graf, Franz Xaveri, puncto consensus ad alienandum et hypothecandum, resolvirte der Reichs-Hofrath den 17. Oct. 1769.

1) ein Rescript an den Herrn Bischöffen zu Costanz und an den Herrn Fürsten zu Dettingen-Spielberg, als Gräflich-Montfortische Conservatores: ^{m)} Bei Kayserlicher Mai. habe die K. K. Oesterreichische Hofcammer gegen den Grafen von Montfort wegen eines in anno 1755. aufgenommenen Capitals von 500000 fl. Klage erhoben, auch schon mandatum et paritoriam erlangt. Nachdem aber nunmehr die Sache auf der Execution stehe, und ersagter Graf die Verkaufung der Herrschaft Urgen, an Lehen und Eigen, an das Erzherzogliche Oesterreichische Haus, welches auf die sämtliche Montfortische Reichslehen mit einer Expectativ und auf das Eigenthum mit dem Vorkaufsrecht versehen, nicht ohne Grund als das alleinige Rettungsmittel ansehe, der Graf Anton auch seinen Consens schon ertheilet habe, und an den Grafen Johann Nepomuk unter heutigen Dato das nöthige seines Consenses

l) Conf. eiusdem W. N. St. P. 58. No. 3. p. 75. vbi agitur v. Kaiserl. Majestät Macht und Gewalt, einen agnatischen Consens, der bei Errichtung eines Vergleichs über Reichslehen verweigert wird, zu suppliren; nebst Beil. eines solchen in Camera Imp. in einer sly-

scen Sache (Dettingen-Wallerstein u. d. Abtei u. d. Convent des Closters Neureusheim,) getroffenen Vergleichs.

m) Vid. I. W. ENGELBRECHT *de conservatoribus* in I. K. G. Helmst. 1747.

senfes halber erlassen worden; als hätten dieselben auch ihres Orts, als Montfortische Conservatores, mit dem bei ihnen gesuchten Consens ad alienandum et oppignorandum förder-
samft an die Hand zu gehen, oder, dafern wider Verhoffen einige Bedenklichkeit dabei vorwalten sollte, solche unverweilt bei Kayserlicher Mai. anzuzeigen.

2) Wurde besagtem Grafen Johann obiges vorgestellt: Weil zum Verkauf der Herrschaft Argen, sowohl als auch zu Verpfändung eines Theils des Lehens Zettning vor 100000. fl. des Kayfers obristlehenherrlicher Consens erfordert werde; als wären Dieselbe, um sich hierüber entschließen zu können, seiner förderksamsten Erklärung sowohl wegen des Verkaufs, als auch der Verpfändung gewärtig.


Anno 1770. 26. Oct. erstattete der Reichs-Hofrath wegen dieser Veräußerung der Montfortischen Lehen ein Gutachten an Kayserliche Mai. worauf dieses erfolgte:

Veneris 14. Iun. 1771.

Von Montfort Graf puncto consensu ad alienandum,

Publicatur resolutio Caesarea: Ihre Kayserliche Mai. habet gehorsamsten Reichs-Hofraths allerunterthängstes Gutachten dahin allergnädigst resolvirt:

Communicetur des Grafen Johann Nepomuc de praes. 11. Oct. a. p. in gleichen der Conservatorum Erklärung de praes. 26. Mart. d. a. dem Grafen Franz Xaverius von Montfort zur Nothdurfts; Beobachtung, cum termino duorum mensium.


 Appendix

Charta, continens formulam refutationis feudi in commo-
dum uxoris vassalli anno 1352. factae, ex I. P. LANGII diplo-
matischer Blumenlese, in I. G. MEUSELII Geschichte:
Forscher P. VII. p. 42.

Dem Edelen, mine Gnädig Lehenherren, Graf Ludwig
und Graf Friederichen Von Defingen, Entbät ich Peter v. Eber-
perg, Ritter, minem willigen getrüwen Dienst, als ich piltich
und von recht sol. Ewer Hochwürdig Edel lan ich wissen, daz
ich vro Elßbeten v. Kungsegg, miner elichen Huffsrowen, geben
han und schuldig bin drühundert Mark Silbers und han ir dar-
rumb zu Pfande gesezet min Burg zu Ebersperg, die ich von
yeh zu lehen han und daz dazu gehört, und hab ir darüber ze tra-
gern geben ir bruder hern Ulrichen und hln Eberharten v. Kungs-
egg, baid min Schwäger, als an der Hantvest geschriben stat,
die ich derselben miner Wirten darumb geben han, und wan ich
von Krankheit wegen mins libes zu yeh gegen Wurteklich mit
min selbß libe ze disen ziten nit gut Macht noch Kraft han ze
kommend, davon sende ich yeh daz vorgedacht lehn die Burg ze
Ebersperg und was darzu gehört uff, mit disem minem offen
besigelten brief, an ywer Hand, als ain Man sinm lehen mit
sinem offen brief, derselb zugegen mit komen mag, billich und
Von rechte sinen lehnherren uff senden soll, und hüte ywer Gnad
piltzig und bärlichen daz ir dieselben Beste ze Ebersperg und daz
dazu gehört, daz vorgedacht lehn der obgenanten vro Elßbe-
ten miner Wirten, in Pfands wiß, und iren Trägern in trag-
nyß Wyß ze lehn libent, und och ywer baidere Insigeln an die
Hantveste henkent, die ich yuch och mit disem brief sende, da
min

min Insigel och anhanget, daz ist min bāt, und min gut Wille,
 und Will ych in allen Sachen iren deſter dienſthafft ſin mit gan-
 zen trüwen. Vnd diß alles ze warem und offenn Urkunde und
 ze ſtäten ſicherhait gib und ſende ich vorgeanter Peter v. Eberſ-
 perg Ritter ych dieſen brief beſigelt und beſtätet mit minem aigen
 angehenkten Inſigele. der geben iſt ze Eberſperg uff der Burg,
 in dem Jar do man zalt von Chriſts Geburt drüzehen hundert
 iar und in dem zwai und funfzigstem Jare, an unſer Frowen
 Abend ze der Lichtnis.

D 3

II. Eoc



Ex L. A. SCHOPPII *Thesauro feudali practico* (Hemipoli
1678.) p. 405.

Von Gottes Gnaden Wir Christian der andere, Herzog zu Sachsen, des H. R. R. Erzmarshall und Churfürst, Landgraf in Thüringen, Marggraf zu Meissen und Burggraf zu Magdeburg, vor uns und in Vormundschaft der Hochgebornen Fürsten, Unserer freundlichen lieben Brüder, Herrn Johannis Georgen und Herrn Augusten, Herzogen zu Sachsen, thun kund, daß wir die Irrungen und Gebrechen, so sich zwischen der Wolgebornen, Unserer lieben besondern, Frauen Amén Amalien, Gebornen zu Nassau-Saarbrücken, Gräfin zu Solms, Klägerin an einen, und derselbigen Ehegemahl, Unsern lieben getreuen, dem auch Wolgebornen Herrn Otten, Grafen zu Solms, Herrn zu Münzenberg und Sonnenwald, am andern, und den weil. Grafen Hannß Georgen hinterlassener Wittben und Söhne, allen Grafen zu Solms-Laubach, Beklagten am andern Theil, der Schulden halber, so gedachte Frau Klägerin den Wildenfelsischen prioritätischen Gläubigern iezgemelten Herrn Grafen zum besten bezahlet, und derer bis dato nicht versichert, vielweniger hinweg derum bestreitet hat werden können, stetig erhalten, durch unsere anhero verordnete Räte in Verhör und Handlung nehmen und folgendergestalt verabschieden lassen, als nämlich:

Es hat fürgedachte Frau Gräfin verordneter kriegischer Vormund, der Edle, Unser lieber getreuer, geheimter Rath und Oberhauptmann in Thüringen, Herr Burckhard Schent, Freyherr zu Rautenburg und Frauenprießnis, durch seinen zu dieser

dieser Sache gnugsam Bevollmächtigten klagende an und vorbracht,
 wie daß seine Pflege-Frau 20498. fl. zur Ablegung der auf der
 Herrschaft Wildenfels haftenden und mit unserer geliebten Vor-
 fahren christmüder und hochlöbl. Gedächtniß Günst und Einwil-
 ligung verconsentirten Schulden teztgedachten Beklagten, Herrn
 Grafen, nicht allein gutwillig dargeliehen und vorgesezt, son-
 dern sie hätte auch für ihren Herrn Graf Otto von Solms
 2003. fl. ausgezahlt, inmaßen der Gläubiger von ihr eingelöste
 Brief und Siegel, und darüber gehabte Consens, auch die von
 sich gestellte cessiones, so sie nummehr in Händen, solches mit
 mehrem besagen, und weil Herrn Grafen beiderseits sonderbare
 Verschreibung unter den Datis den 29. Sept. 1603. sowohl
 den 2ten April 1605. von sich gegeben, darinnen sie angezogner
 Summa wegen die Fr. Klägerin auf die Herrschaft Wildenfels
 mit unserer Günst und der Mitbelehnten Einwilligung zu verstu-
 hern sich erbothen, solchen aber bishero würllichen nicht nach-
 gesezt; Als wäre er in tragender Vormundschaft diesen Vorbes-
 scheid anzubringen unumgänglichen verursacht worden, und
 wollte darneben unterthänigst gebethen haben, vermöge der un-
 fern Rätthen zugestellten und dem Gegentheil, darinne sich zu
 ersehen, übergebene Liquidation Beklagten aufzuerlegen und sie
 dahin zu halten, daß dieselben die einmal verwilligte Verschrei-
 bung zu Werke richten, oder geschehen lassen, daß die Frau Klä-
 gerin auf der vorigen Gläubiger an sich gebrachtes Recht in die
 Herrschaft Wildenfels durch unser Amt Zwickau gebührlich und
 schleunig eingewiesen werden möchte; welcher anstatt und von
 wegen der Frau Klägerin angebrachten und gesuchten Forderung
 Graf Otten zu Solms abgeordneten Befehlighaber nicht allein,
 wie geklagt worden, allerdings geständig gewesen, sondern auch
 darneben unterthänigst gebethen, der Frau Gräfin entweder die
 vers

versprochene Verschreibung einzubehändigen, welches er denn seines Theils gerne zu Werke stellen wollte, oder aber auf den Gegenfall die günstigste Verschaffung thun zu lassen, daß seines Herrn Gemahlin in die Herrschaft Wildenfels immittirt, und auf der Gläubiger Recht darauf befriediget und ihrer fürgesetzten und allen Grafen zum besten ausgelegten Schuldsumma hin wieder bezahlt gemacht würde.

Ob nun wohl der Graf zu Solms Laubach Gewaltthar-
 ter auf die Klage zu antworten und für unsern Rätthen alhier einzulassen aus der Ursachen sich nicht schuldig erachten wollen, daß anno 78. zwischen allen Grafen zu Solms aus fürhergehenden reiffen Rath und mit guten Wohlbedacht ein pactum gentilitium aufgerichtet, welches von ihnen samt und sonders unterschrieben, besiegelt, auch mit einem leiblichen Eyd bestätigt und von der Röm. Kayf. Mai. unsern allergnädigsten Herrn confirmirt worden, darinnen unter andern klar versehen, wenn in ihrem Geschlecht Streit und Zwitracht sich ereignen würde, daß derselbige keinesweges vor die hohe Obrigkeit gebracht, sondern zwischen ihnen selbst beigelegt und Vergleichung getroffen werden sollte, dessen wohl Graf Otto samt seiner Gemahlin von ihnen freundlich erinnert, aber bishero wenig gefruchtet und nicht in acht hätte genommen werden wollen, und derentwegen gehorsamt und bestes Fleißes gebethen, zuwieder solcher aufgerichteten Vereinigung seine Herrn Principalen nicht beschweren, oder ihnen ein anders, denn das getroffene pactum vermöchte, aufdringen zu lassen; denn, da Gegentheil dahin und zu solchem pacto gemiesen worden, seine gnädigen Herren aller Gebühr und Willtgkeit, und daß man mit ihnen zufrieden seyn solle, sich erzeigen wollte. Wenn aber unsere Rätthe nach Verlesung solcher

cher Vergleichung und in Betrachtung allerhand Umstände ange-
 regt pactum gentilicium, welches ohne das stricti iuris und auf
 fremde und andere Personen oder ihre Erben, denn so darinne
 begriffen, bevoraus wie in gegenwärtigen Fall, da die Fran
 Gräfin eine Klägerin, und Gläubigerin Stelle vertritt, nicht
 wohl gezogen werden kan, dem Gräfl. Solmischen Laubachischen
 Abgesandten seine eingewandte Exceptionen nicht einräumen kön-
 ne, sondern dieweil seine Herren Principalen von sich gegebenen
 Brief und Siegel hell und klar, ihn vielmehr erinnert, daß
 sie denselbigen zu Folge nicht allein ihre Einwilligung auf die
 10124. fl. so viel ihnen zu ihren Antheil abzutragen zukömt, über
 die Herrschaft Wildenfels von sich geben, sondern auch wegen
 des andern halben Theils, darüber Graf Otto zu Solms unsern
 Consens auszubringen sich allbereits erkläret, sie als Mitbeleh-
 nte, weil das ganze Schuldwesen von Lehn herrühret, und zu
 dessen Befreyung angewandt worden, und inhalts unserer Con-
 stitution daraus nicht unbillig bezahlt werden muß, ihre Gunst
 gleichergestalt von sich stellen und in Verpfändung deselbigen wil-
 ligen wollten. Dieweil aber der Laubachische Abgesandte, was
 die Einwilligung seiner Herren Principalen, sowohl Graf Ottens
 Antheil betrifft, darauf in specie nicht instruiret gewesen, sonsten
 aber sich erbothen, daß seine gnädige Herren laut derer von sich
 gegebenen Verschreibungen, wo ferne das 100. iährlichen mit 5.
 verzinset werden sollte, über die ihnen zukommende Portion der
 oft angezogenen von der Fr. Klägerin ausgezahlten Schuldsum-
 ma ihre Verwilligung von sich zu stellen sich nicht verwegern wür-
 den; Als ist es dahin gerichtet und verabschiedet worden, daß
 die Herren Grafen zu Solms-Laubach innerhalb zwey Wonden
 von dato nicht allein wegen ihres Antheils der 10124. fl. Capis-
 tals samt den verschriebenen landüblichen gebräuchlichen Zinsen

ihre Einwilligung in unsre Canzley überschicken, auch um unsern Consens, denselbigen darein zu geben, unterthänigst anhalten, sondern daß sie als Mitbelehnte an der Herrschaft Wildenfels auch wegen Graf Ottens rata, so sich auf 12253. fl. erstrecket, ihren Consens zu übergeben und auf obbenante Zeit einzuschicken schuldig seyn sollen, damit in Verbleibung dessen Wir auf ferner Ansuchen nicht Ursache, die Fr. Klägerin in ostangezogener Herrschaft Wildenfels einweisen und bis zu vollständiger ihrer Befriedigung sie darbei schützen und handhaben zu lassen. — Dresden den 8. May 1605.

ULB Halle
005 482 992

3



1078





988

DI
NECESSITATE
SIMVLTANEEQVE
 IN FEVDI OPPIC
 CONSENT
 ILLVSTRIS ICTORVM OI
 P R A E S
IOSIA LVDOVI
P V T T M
 I. V.
 CATHEDRALIS ECCLESIAE N
 PANDECT. PROFESSOR. O
 ICTOR. AS
 A. D. VII. AVGVST
 H. L.
 DISPVT
BENIAMINVS TRAVGO
 ZITTAVIA-I
 PHILOSOPHIAE
 LIPS
 EX OFFICINA K

